



**COLLATIO-||NVM SACRARVM|| LIBRI VIII.|| Tilmanni
Bredenbachij S. Th. D.||**

Bredenbach, Tilmann

Coloniae Agrippinae, 1592

VD16 B 7378

31. Iudæus quidam irruens in sanct[um] Grabatum, quo corpus exanime
sacratissimæ virginis deportabatur, diuinitùs abscissione manuum punitur,
idemq[ue] post actam pœnitentiam sanatur.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-65002](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-65002)

assidue in templo versans, orationi & rebus
 diuinis vsque adeo intentus, vt ex oculis totis
 que vultu omnibus patefceret, cum assidue
 caelestia ac diuina meditari, fatebaturque
 alacri animo geniculatim reptaturum Peni-
 usque, vt vel modico tempusculo, eadem in
 amabili ac iucunda luce, tamque desiderabili
 tot sacratissimarum virginum adpectu de-
 nuo potiri posset. Porro venerandus vir Do-
 minus N. qui haec ex ore ipsius molitoris au-
 diuit, cum aliquoties in concione suis audi-
 toribus hanc tam amabilem historiam expo-
 neret, vidit multos auditorum praegustato
 desiderio rerum caelestium in lachrymas solui.

*Simcon Metaphrastes in oratione de ortu, educatione
 ac decessu sanctissima Deiparae virginis. Idem
 quidam irruens in sanctum grabatum, quo corpus
 exanime sacratissima virginis deponabatur, diu-
 nitus abscissione manuum puniatur, idemque post
 ueram penitentiam sanatur.*

CAP. XXXI.

CVM diuina arca sacratissimi corporis
 temeratae virginis, ex Sion Apostolica
 vecta manibus humeris ad sacrum Gethsema-
 nae praedium exportaretur, accidit huic pro-
 chra & diuinae rei graue quidem, quod & di-
 diosum, non tamen silentio, sed memorie me-
 dandum: & ad gloriam quidem & laudem pro-
 rum, dedecus autem impiorum, qui infidelitatis
 tatis malum semper sectantur. Cum hoc fa-

rum & impollutum corpus in Gethsemane
 efferebatur, ubi sepulchro tradi Deiparam ipsa
 præceperat, Iudæis, qui semper fuerunt reple-
 ti invidia, ne hoc quidem succurrit tacere, sed
 ad eius quod fiebat, splendorem claudere oeu-
 los, & ad eius innatum motum animi crum-
 pere. Qui erat ergo alius infanior & impuden-
 tior, is cum venerandum portaretur grabatū,
 in id irruius plenus inconsiderato impetu & fu-
 rore. Eius autem scopus erat, hunc sacrum le-
 ctum in terram allidere, & tali afficere iniuria,
 ut qui esset vir insigni audacia. Non neglexit
 autem diuina iustitia; sed manus, quæ graba-
 tum apprehenderant, ex vlnis protinus fuerūt
 abscissæ. Verum quæ in partu gaudio totum
 orbem terrarum expleuerat, non erat vlli om-
 ninò in morte futura causa molestiæ. Cumq;
 qui passus fuerat, esset quidem improbus, non
 tamen omninò eius improbitas videretur in-
 sanabilis, ex his quæ erat passus, iustam corū,
 quæ malè senserat, petiit pœnitentiã. Et quo-
 nam carebat manibus, nec eas poterat ad præ-
 ter extendere, emittit lachrymas ex oculis, &
 sic petit curationem. Disciplinam autem vide-
 rimus & medicationem. Statim ij quidem, qui
 lectum ferebant, constiterunt: accedit verò is,
 qui passus fuerat sectionem: & quæ amputatæ
 fuerant, partibus vlnis applicantis (hoc autem
 iussit Petrus) statim consecuta est manu una
 curatio.